

99/904

B A

B. R. V.

673 or 687-A



99/904

~~Danotă~~ N. 807.

De Societății Selecturaj

Brașov

Szamosfalvi Miklóséj

Odonatii Bibliotecii

Ivanie său

Iovianie Cioplinteraz

A fost în cinea cartă  
alui

~~Danotă Mihailu~~

anno 1807 -

BIBLIOTECA  
Centrală a „Astrei”

SIBIU

Inv. 100

Daciby 807



donator  
Biblioteca  
Avram Iancu


80

Gronatā "muzeului național" - de societatea literară "Iamnul Vulcan" din București.

11 Mai 1904.

George

George  
notar



*Buteaux  
1730*

EPISTOLA B.R. V.  
GEORGII SINKAI DE EADEM 673

A D

S P E C T A B I L E M ,

E T

C L A R I S S I M V M V I R V M

IOANNEM DE LIPSZKY,

CAPITANEVM CAESAREO-REGII REGIMINIS  
EQVESTRIS HVNGARICI , QVONDAM  
VÈCSEYANI , NVNC HASSO-  
HOMBVRGENSIS ,

M APPAE GEOGRAPHICAE

Prouinciarum ad S. Coronam Regni Hungariae  
pertinentium Elucubratorem.



B V D A E ,  
TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS PESTANAE.

1804



GEORGII SURNARI DE EXODI

PA

SECRETARIU

PA

CHARISIUM AYAN

IOANNEM DE LIPSIKU

CATHARINAE CAESARII REGII LIBERI  
FESTIVITATIS HUNGARICAE - EUDONIAE  
AGRICULTURAE, NUNC HAZO  
HOMINIS


MAPPÆ GEODORPHICÆ

BRUNNENSTÜM BEI GÖTTSCHE & SOHN, HAMBURG,  
BETRIEBEN VON H. BRUNNENSTÜM.

800

LIBRÆ LIBRAVANIAE LIBRARIAE

800



*Transfert sui archiv  
Baris. 94<sup>o</sup> X Joao in  
Spectabilis, et Clarissime Vir! bibliot.*

Quod desudans in Opere, cuius merces erit gloria sempiterna, me TIBI vix de nomine antea notum accesseris, consuluerisque, qualiter Valachica Ciuitatum; Oppidorum, Pagorum, Praediorum, aliorumque locorum nomina, ad Popularium meorum captum, litteris Latinis exaranda putarem? pro eo ac debui, condescensionem TVAM maximi aestimau, ceu qui in perficienda eadem natione Valachica a triginta, et pluribus annis pariter desudo.

Inter reliquos meos labores, quos ab anno 1774. Romae, Viennae, in Transyluania, et hic Budae ac Pestini collocaui in eruderandis, colligendis, et concinnandis Annalibus vniuersae Nationis Valachicae (quos intra biennium Orbi litterato spectandos datum me, spero) non defui, media quaerere, quibus Morum, et Ingenii cultura inter Valachos tanto facilius prouehi queat.

Propterea anno 1780. quo Viennae morabar Iussu Altissimo, Grammaticam Daco-Romanam tunc primum inceptam a Cl. P. Samuele Klein de Szad, locupletaui, atque in ordinem reduxi, typisque edi curauimus, dein Altissimo Iussu immortalis memoriae Augustissimi quondam Imperatoris Josephi II. Libros pro Scholis Valachi-

cis

cis partim verti, partim proprio marte  
composui.

In qua mea occupatione non tam  
pruritu aliquo res nouas introdu-  
cendi, sum quippe antiquitatis obser-  
uantissimus, quam necessitate adactus,  
quò Grammaticam Valachicam com-  
ponere queam, sedulo inquisiui in  
corruptelam Linguae Valachicae a ma-  
terna Latina, et sororia Italica, litte-  
rasque auitas, Latinas nempe, ad ana-  
logiam Inclytæ Nationis Croaticæ,  
aliarumque, in vsum Ciuilem solum  
(nam in Ecclesiasticis retinendas esse  
Cyrillianas, quis non videt?) reducere  
studui eo fine, quò facilius Gramma-  
tica ad certas, paucioresque regulas  
exigi possit, quod cum Cyrillianis  
characteribus obtineri nequaquam  
potest.

Pro

14  
Pro cuius asserti maiori euidentia  
ad TVVM , SPECTABILIS , ET  
CLARISSIME VIR! postulatum se-  
quentem adnecto Tabellam.

TABEL



## TABELLA

docens modum scribendi

Valachice, litteris tam Cyrillicanis,  
quam Latinis.

---

I. Lingua Valachica (etsi non nihil cum veteribus Dacica, Gothica et Slauica commixta sit) Origine Latinam esse, is solum in dubium vocabit, qui illius prorsus ignarus est. Et

II. Valachos suam a Colonia, quam Traianus Augustus in veteri Dacia collocauit, ducere Originem, pariter ille tantum inficias ibit, qui in Historia minus versatus est.

III.

III. Traiani Coloniam illiteratam fuisse, quemadmodum fuere forsitan plures Boreales Nationes, negant, quinimo contrarium probant.

A. Inscriptiones, quas in veteri Dacia erexere.

1. Praefecti,
2. Legiones in ea collocatae,
3. Privati quoque, quas apud plures Authores, in primis autem in mea eaurundem collectione videre est.

B. Introductio Religionis Christianae, quae testibus Tertulliano, et Origene, Eusebio item, et Actis Martyrum apud Bollandum, eiusque continuatores, saeculo secundo Aerae Christianae iam viguit in Dacia.

IV. Sed quibus Characteribus vsa est eadem Traiani Colonia? Procul dubio principio Latinis, iisdem quippe Lapidibus inscripti sunt: postmodum vero quid vetat credere, eam etiam Gothorum, a quibus oppressa fuerat, characteribus vsam esse? quemadmodum Itali, atque alii vni sunt. Certum vero est.

V. Propaginem Coloniae Traiani prioribus septem saeculis, et ultra, ut non potuisse

tuisse characteribus Slavicis, praesertim Cyrillicis, qui tardius inuenti sunt, et adhuc longe tardius a maioribus nostris in Sacris adoptati, quibus tamen solis

VI. Linguam Valachicam ad amussim exprimi non potuisse, probant duae adinventae litterae  $\mathbf{\ddot{z}}$  et  $\mathbf{\dot{y}}$ . Quod non leue argumentum est, Valachos prius semper characteribus Latinis usos fuisse, ceu quibus adinuentae haec duae litterae adaequate exprimi possunt, uti inferius edocebo; nunc.

VII. De caractere Cyrillico, prout eodem utimur, cuius

A. Vocales, et Diphthongi sunt:  $\mathbf{a}$ .  $\mathbf{\ddot{z}}$ .  $\mathbf{\hat{z}}$ .  
 $\mathbf{\acute{e}}$ .  $\mathbf{\ddot{e}}$ .  $\mathbf{\ddot{i}}$ .  $\mathbf{\acute{u}}$ .  $\mathbf{\ddot{u}}$ .  $\mathbf{o}$ .  $\mathbf{\acute{y}}$ .  $\mathbf{\ddot{y}}$ .  $\mathbf{\acute{v}}$ .  $\mathbf{\ddot{v}}$ .  $\mathbf{\acute{m}}$ .  $\mathbf{\acute{a}}$ .  $\mathbf{\acute{r}}$ .  
quibus sic utimur:

1.  $\mathbf{\acute{z}}$

a. Solitarium, dum Praepositionem *in* significat, pronunciatur, ac si haberet *n.* post se.

b. Initio cuiusvis vocis positum, quod necessario fieri debet, pariter pronunciatur, vt solitarium; verum

- c. Praepositum, compositumque cum aliquo Pronomine sonum litterae **н** amittit, ut in: **ѣл**, **ѣмъ**, **ѣцъ**, **ѣшъ**.
- d. In medio, et in fine vocum ponitur **х**.
2. I ponitur ante Vocales, et Diphthongos; **и** ante quamvis Consonantem, et in fine vocum.
3. **ѡ** ponitur
- Solitarium, vel coniunctum certis vocibus, quando significat unitatem in genere foeminino.
  - Initio vocum.
  - In vltimis syllabis Genitivorum, et Datiuorum Pluralium.
  - In vocibus a Graecis mutuatis iuxta eorundem genium; alias ponitur **о**.
4. **ѹ** ponitur initio vocum, **ѹ** in medio, et fine.
5. **ѭ** ponitur initio vocum; **ѭ** in medio, et fine.
6. **ѷ** in solis Graecis dictionibus habet locum.
- B. Spiritus sunt duo:
- Asper ^, qui apponitur omni Vocali, aut Diphthongo, a qua vox incipit.

A. **Lenis**, qui apponitur litteris ũ, et ū, quando haes medium sonum amittunt.

**C.** Accentus sunt tres: **Acutus**, **Grauis**, et **circumflexus**, quorum hic est usus: **Acutus** et **Grauis** prolongant syllabas, **Grauis** quidem solam ultimam, in **Vocalem** aut **Dyphthongum** desinentem; **Acutus** omnes reliquas syllabas, etiam ultimam, si in **Consonantem** desinat: At **circumflexus** adpositus **Consonanti**, denotat ante eandem **Consonantem** ex-missam esse aliquam **Vocalem**.

**D. Consonantes** sunt

1. **Simplices**, ut: ε. υ. ι. κ. α. φ. τ. ψ. χ.  
Λ. Μ. Η. Π. β. Σ. η. Τ. Ζ. Β. Ζ. Ι. Κ.

2. **Duplices**, ut: ψ. ψι. ο. et **Numerus** ζ.

**VIII.** E multitudine, varietate, Accentibus, Spiritibus, Duplicatione, atque inutili eundem tonum habentium huiusmodi litterarum multiplicatione, quis non videt, eos culturae Ingeniorum poni obices, qui Superiorum superintentionem attentam hac de re reddere debeant? Nam Cyrillicanis hisce characteribus, prouti iisdem nunc utimur, ultra quoque utendo.

A. Nunquam bono et expediti lectores efformabuntur, unde euenit, ut e centum legere callentibus vix unus bene et expedite legat.

B. E mille vero scribentibus ad amussim scribentem vix unum nominare queo, est enim Cl. Pater Samuel Klein, quantum iudicare possum, inter modo viuentes apprime gnarus linguae Valachicae, est Reuerendissimus Episcopus Argiensis in Valachia Transalpina (quos Cl. Dominus Ioannes Molnar de Müllersheim Menelogii Maioris emendatores prae caeteris elegit) sane bonus Valachus, ast et hi ambo summi inter Valachos nominis viri (mihi parcant) in suis emendationibus quot non commiserunt errores orthographicos? non ob inscitiam, aut ignorantiam, sed ob difficillimam litteris Cyrillianis scribendi methodum. Quid ergo de aliis, et praesertim de alienigenis, qui linguam nostram addiscere vellent, supponendnm? si hi characteres diutius, et mordicitus retinendi sunt, quibus Me Hercle, si Apollo concurrat, Grammaticam Valachicam nemo scribet; debet

beret quippe ferme tot regulas figere,  
 quot voces reperiuntur. Quod, si La-  
 tinas reduxerimus litteras, quam facile  
 euitatu est!

**IX.** Litterae igitur Latinae (donec alter ali-  
 quis alium modum, sed fundatum in  
 ratione, et facilitate linguam liberius  
 addiscendi, constituerit) meo quidem  
 hac in re sat diu versati iudicio, ad  
 scribendum Valachice sic reducendae  
 sunt, vt

**A. Loco vocalium:** **À.** **à.** **é.** **é.**

Ponantur:      á. a. â—ê—î. e. é-ea  
                       i. o. u. y.

**B. Loco Diphthongorum:** **m.** **n.** **o.**

Ponantur:      iá. iu.

**C. Loco Consonantium:** **ç.** **ç.** **ç.** **ç.**

Ponantur:      b. c. d. f. h. l.  
                       m. n. p. r. s. š.  
                       t. ž. ž. š. š.

t. x. z. j. v.

**D. Loco duplicium:** **ψ.** **ψ.** **ø.**

Ponantur:      ps. št. th.

**E.**

- E. q. et κ. potest exprimi more Italorum  
per solum c. quod ante e. et i. sonat  
vt: q. ante a. o. u. vt: κ.
- F. Non absimiliter possunt exprimi r. et  
ψ. per solum g. quod ante e. et i. so-  
nat vt: ψ. ante a. o. u. vt: r.
- G. In casu, quo scribendum esset κε,  
κη, vel γε, γη, scribatur: che, chi,  
et ghe, ghi, more Italorum.
- H. In Pronominibus, quae incipiunt a κ.  
loco huius scribatur qu. vt: καρε, quáre.
- I. Syllaba ti in fine vocum, et ante Voca-  
les legatur vt ψ. Quod, si τη esset ex-  
primendum, scribatur thi.
- X. Litteris Latinis scribendo Valachice, Spi-  
ritibus nullis indigemus, sed ad prolon-  
gandas vltimas Syllabas, quae desinunt  
in vocales, adhibendus est accentus  
Grauis. De simplice ī. autem, et iu in  
fine vocum positis sciendum, quod me-  
dium sonum amittant, nisi illis appona-  
tur accentus Grauis.
- XI. Quibus ita obseruatis, non tantum Gra-  
matica Valachica emendari poterit, ve-  
rum et callentes linguam Latinam, vel  
Italicam, praesertim vero utriusque gna-

ri, longe facillime Valachicam addiscere poterunt.

Tabella hac, donec alter meliorem litteris Latinis Valachice scribendi methodum demonstrauerit, SPECTABILIS, ET CLARISSIME VIR! ad Tuum commodum vtere securissime in exarandis vocibus Valachicis charactere Latino. Dabam Budae die 20. Septembris 1804.

Tuus perpetuus cultor  
GEORGIVS SINKAI  
DE EADEM,

AA. LL. Philosophiae, et SS. Theologiae  
Doctor, emeritus Scholar. Director, et  
actualis Corrector Typi Valachici penes R.  
Typographiam Vniuersitatis Pestanae.

11. june 1891. Washington, D.C.

Postage

Twenty five cents extra postage  
for Trans Atlantic air mail  
from London to New York  
RATES AIR MAIL COMMUNICATIONS ALSO  
recommended by express add the Post Office  
September 1891. Departed this day the ex-

press train,

London, England, to New York,  
via Paris, France, and  
Copenhagen, Denmark.

Transatlantic air mail

London, England, to New York

by express

via Paris, France, Copenhagen, Denmark,  
and New York, U.S.A.  
Postage recommended by express add the Post Office  
London, England, to New York, U.S.A.

Received  
VII. 1891  
1891



2  
3  
4  
5

1  
2